



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo purificationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo purificationis.

¶ subito circumfulsit eum lux de celo. fuit quidam lux subitave audacem terreret. fuit immensave superbuz ad ima humilitatis perterneret. fuit celica vt carnalez eius intelligentiam in celestem immutaret. Tertio fuit miraculosa ratione ipsius pauli in quo facta est conuersio. qui subito ex cecatus et plstratus est et mutatus est. vt dicit augustinus. Elifus est scutens et factus est credens. Elifus est lupus et factus est agnus. Elifus est persecutor et factus est predicator. Elifus est filius perditionis et factus est vas electionis. ¶ Ad rationem in oppositu respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. qz conuersio non tantum dicit iustificationem. sz et includit ea quibus inductus est ad iustificationem. que vt visum est sunt miraculosa.



In festo purificationis est euangelium. In illo tempore. Postquam impleti sunt dies purificationis. Luce secundo. Circa quod posunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. vtrum conuenienter christus in templo fuit oblatus. ¶ Secunda. vtrum conuenienter beata maria mater dei purganda ad templum accessit.



Primas questionez sic procedit. (iij. p. q. xxxvii. ar. iij.) Et videtur quod christus non conuenienter fuerit oblatus in templo. ¶ Primo sic dicitur enim Exo. xiiij. Sanctifica michi osse primogenitu quod aperit vuluam in filiis israel. sz christus exiuit de clauo virginis vtero ita matris vulua non aperuit ergo ex hac lege non debuit in templo offerri. ¶ Secundo sic illud quod est semper presens alicui non potest ei presentari. sz christi humanitas fuit deo maxime presens. vtpote et semper coniuncta in unitate persone. ergo non oportuit quod coram deo sifteret. ¶ Tertio. christus est hostia principalis ad quam omnes hostie veteris legis referunt sicut figura ad veritatem. sz hostie non debent esse alia hostia. ergo non fuit conueniens vt per christum alia hostia offerretur. ¶ Quarto. inter legales hostias precipue fuit agnus qui erat in lege sacrificiu. vt habet Numeri xxviii. Vni et christus dicitur agnus. Job. i. Ecce agnus dei. magis ergo fuit conueniens quod pro christo offerretur agnus quam par turturu vel duo pulli colubarum. ¶ In oppositu est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum. quod christus voluit sub lege sferi vt eos qui sub lege erant redimeret. et vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur.

De prole autem nata duplex preceptum in lege traditur. Unum quidem generale quod ad omnes ut scilicet completis diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio siue pro filia. ut habetur *Leuit. xij.* Et hoc quidem sacrificium. erat et ad expiationem peccati in quo proles erat concepta et nata. et etiam ad consecrationem quandam ipsius. quod tunc primo presentabatur in templo. et ideo aliquid offerebat in holocaustum et aliquid pro peccato. Aliud autem preceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus quam in iumentis. Sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum in israel pro eo quod ad liberationem populi israel percusserat primogenita egypti ab homine usque ad pecus primogenitis filiorum israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur *Exodi. xij.* in quo etiam figurabatur christus qui est primogenitus in multis fratribus ut dicitur *Roma. viij.* Quia igitur christus ex muliere natus erat primogenitus et voluit fieri sub lege hic duo Lucas circa eum fuisse obseruata ostendit. Ad rationes in oppositis. Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia scilicet ex lege non teneretur. voluit tamen ex humilitate legalia seruare. licet non teneretur. Ad secundam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia si-

cut filius dei non propter seipsum factus est homo et circumcisus in carne. scilicet ut nos per gratiam faceret deos. et ut spiritualiter circumcidamur sic. propter nos sistitur dicitur discimus presentare nos ipsos. et hoc post circumcisionem eius factum est. ut ostendat neminem nisi circumcisum vitis dignum esse diuinis conspectibus. Ad tertiam rident negando consequentiam. Et ratio est. quia christus propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri qui erat vera hostia. ut figura veritati coniungeretur. et per veritatem figura approbaretur contra illos qui dominum legis negant a christo fuisse in euangelio predicatum. non enim putandum est ut origenes dicit quod filium suum bonus deus sub lege inimici fecerit quam ipse non dederat. Ad quartam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est quia *Leuit. xij.* precipitur ut qui possent agnum pro filio aut filia simul et turturem siue columbam offerrent. qui vero non sufficerent ad offerendum agnum duos turtures aut duos columbe pullos offerrent. dominus ergo qui cum diues esset. propter nos egenus factus est. ut illius inopia diuites essemus. ut dicitur *i. Cor. inth. viij.* pro se pauperum hostiam voluit offerri. sicut et in ipsa natiuitate pannis inuolutus et reclinatus in presepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues figure congruunt. Turtur

In festo purificationis.

enim quia avis loquax predica-
tionem et confessionem fidei si-
gnificat. quia vero est animal ca-
litum significat castitatem. quia ve-
ro est animal solitarium signifi-
cat contemplationem. Columba
vero est animal mansuetum et sim-
plex. mansuetudinem et simplici-
tatem significat. Est etiam animal
gregale. significat vitam activam
et ideo huiusmodi hostia signifi-
cabat perfectionem christi et me-
brorum eius. Utrunq; autem animal
propter consuetudinem gemendi pre-
sentes sanctorum gemitus designat.
Sed turtur qui est solitaria signifi-
cat orationum lacrimas. Colu-
ba vero que est gregalis signifi-
cat publicas orationes ecclesie.
Utrunq; autem animal duplicatus of-
fertur ut sanctitas sit non solum
in anima sed etiam in corpore.



D secundam
questionem sic
proceditur (iiij.
p. q. xxxvij. ar.
iiij.) Et videtur
quod inconueniens
est ter beata ma-
ria purganda ad templum ac-
cesserit. **P**rimo sic. Purgatio
non videtur esse nisi ab immun-
dicia sed in beata virgine nulla
est immundicia. ut ex supra di-
ctis patet. ergo non debuit ut pur-
ganda ad templum accedere. **S**e-
cundo sic. **L**euit. xij. dicitur. **M**u-
lier si suscepto semine peperit
masculum immunda erit septem

diebus et ideo ei precipitur quod non
ingredietur sanctuarium donec
impleantur dies purificationis
eius. sed beata virgo peperit ma-
sculum sine virili semine. ergo
non debuit venire ad templum
purganda. **T**ertio sic. Purga-
tio ab immundicia non fit nisi per
gratiam sed sacramenta veteris
legis gratiam non prebent. sed
ipsa prius secum gratie actores
habebat. non ergo conueniens fuit
ut beata virgo ad templum pur-
ganda veniret. **I**n oppositum
est euangelium presens. **R**espon-
deo dicendum. quod conueniens bea-
ta maria venit purganda in tem-
plum post partum filii sui. Patet
conclusio. quia sicut plenitudo gra-
tie a christo derivatur in matrem. ita
decurrit ut mater humilitati filii
reformaretur. Humilitas enim de-
bet gratiam. ut dicitur **J**aco. iij. **E**t
sic ergo christus sicut legi non esset ob-
noxius. voluit tamen circumcisio-
nem et alia legis onera subire.
ad demonstrandum humilitatis
exemplum. et ut approbaretur le-
gem et ut occasione iudeis tolle-
ret propter eas sedes rationes. voluit
et matrem suam implere legis
observantias quibus tamen erat
obnoxia. **A**d rationes in oppo-
situm. **A**d primam respondet
negando consequentiam. **E**t ratio
est. quia quia beata virgo nul-
lam haberet immundiciam. voluit
tamen purificationis observantias
implere non propter indignitatem sed
propter legis preceptum. et ideo sic

In festo beate agathe. Fo. clxxxij.

Santer euangelista dicit qd co-
 pleri sunt dies purgationis ei-
 us legē. Ipsa em̄ h̄m se purgatio-
 nē non indigebat. ¶ Ad secundā
 respondet. negando p̄sequentia
 Et ratio est: qz lz beata virgo nō
 obligaretur ad illud p̄ceptum.
 voluntarie tamē voluit illud ob-
 seruare rationibus dictis. ¶ Ad
 tertiam respondetur. negādo cō-
 sequentiam. Et ratio est. qz ista
 purgatio legalis non erat ab ali-
 qua immūdia culpē. sz a quadaz
 immūdia irregularitatis. cu-
 iusdam.



A In festo
 brē agathe.
 est euāgelii.
 Simile ē re-
 gnum celoꝝ
 ꝛc. mat. xij.
 Circa qd po-
 test disputari sequens questio.



Tru aga-
 tha pro emē-
 da margari-
 ta celestis glo-
 rie prudēter
 egit dādo oia
 q̄ habuit. Et

videt qd nō. ¶ Beata agatha vi-
 detur in hoc cōmississe symonias
 ergo imprudenter egit. p̄sequen-
 tia est bona. antecedens probaf.
 Symonia est voluntas emendi
 vel vedēdi aliqd spūale vel spūa-
 li annerz. sed nihil magis spūa-
 le est q̄ margarita celestis glo-
 rie. ergo ꝛc. Secundo. sicut ven-

dere cari⁹ rem q̄ valeat ita emē-
 re rem vilis q̄ valeat est iniu-
 stum. et per p̄sequens illicitum
 qz tollitur iusticie equalitas. sz
 omia que beata agatha offerre
 potuit non valent ita multum q̄
 margarita celestis. qz vt ait apo-
 stolus Roma. viij. Non sunt con-
 digne passionēs huius tēporis.
 nec aliqua dona nostra vel ope-
 ra ad futuram gloriam que re-
 uelabit. ergo imprudenter egit.
 ¶ In oppositum est euāgelium.
 in quo commēdatur ita faciēz.
 ¶ Respondeo dicendum. qd bea-
 ta Agatha prudēter egit dā-
 do omnia que habuit pro contē-
 platione celestis margarite con-
 siderata magnitudigie p̄ci rei
 quam emit. que incomprehensi-
 bilis est. Dicit em̄ Macrobius
 in vna epistola. Prudētia est mū-
 dum istū ꝛ omnia que in eo sunt
 diuinorum cōtemplatiōe despi-
 cere. ꝛ oēs animi cogitationē in
 solā diuinaz dirigere. Et beatus
 Augustinus in vna epistola ad Romanū.
 In hac vita q̄ diu durat compa-
 ra tibi illam que semp durat dū
 viuīs. in carne morere mūdo vt
 post mortem carnis viuere inci-
 piās. Nam vt ait Augu. libro de
 libero arbitrio. Tāta est pulcra-
 tudo. tanta est iocunditas lucis
 eterne. hec est incommutabilis
 veritas atqz sapientia. vt etiam
 si non liceret in ea amplius ma-
 nere q̄ vnus diei hora. propter
 hanc solam innumerabiles anni
 huius vite pleni delicijs ꝛ afflacē